TABVLÆ IOAN. MVR-MELLII IN ARTIS COMPONENDORVM VERSVVM RV-DIMENTA.

Quibus adiecta ſunt Nominum & Verbo-rum Crementa, per Petrum Godofredum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VNVM NIHIL, DVO PLVRIMVM POSSE.



MEDIOLANI
APVD FRANCISCVM ET SIMONEM MOSCHENIOS FRATRES.
M. D. LIII.

PETRVS GODOFREDVS LECTORI, SALV.

IN ea ipſa epiſtola, quam, velut Indicem, Murmellij opuſculis nuper adieci, hoc ſum pollicitus, me ſcilicet fideliter hic repoſitu- rum, quicquid ex Nominum ac Verborum crementis illinc detraxeram. Fideliter quidem, quippe qui multa in ſuum veluti locum, ſuúmq; ordinem digeſſerim, quæ prius inuolutiora, magísq; confuſa eſſent, quàm Sibyllæ illius folia. Qui quoq; diligenter percurrerim omnia, quę ad ſyllabariam quantitatem, & crementorum rationem pertinere viderentur. His, aut illis ſi non ſatisfecero, lege diffuſiores Aldi aut Deſpauterij commentarios, quibus explearis: abunde mihi eſt, ſi re ipſa præſtare poſſum, quod verbis pollicitus ſum: ne ſcilicet irrita ac vana ſit promiſſorum fides. Hic, qualis qualis eſt, labor ſi placebit, fruere, &

Vale.

INDEX DVODECIM TABVLA= RVM HVIVS LIBELLI.

I. *De literarum diſtributione.*
II. *De ſyllabarum diuiſionibus.*
III. *De primæ ſyllabæ quantitate cognoſcenda.*
IIII. *De mediæ ſyllabæ quantitate cognoſcenda.*
V. *De ultimæ ſyllabæ quantitate cognoſcenda.*
VI. *De pedibus metricis, quorum frequentior uſu eſt.*
VII. *De uerſu hexametro.*
VIII. *De pentrametro.*
IX. *De uitijs nouem in uerſu componendo uitandis.*
X. *De tribus metrorum generibus, quibus tyrunculi primum ſunt exercitandi.*
XI. *Super hexametris & pentametris eleganter claudendis.*
XII. *De uerſus heroici uaria ſpecie.*

DE LITERARVM DISTRIBVTIONE,

TABVLA PRIMA.

Literarū apud Latinos (præter H, no[t]ă aſpira[t]ionis) ui[g]inti duarum,

- Sex ſunt Vocales: A, E, I, O, V, Y. Harum I, & V, fiunt Conſonantes: ut, Iuui. Y, ſolis Græcis dictionibus (at non omnibus) competit: ut, Hyæna.
- Sedecim Conſonantes: quarum
  - Septē Semiuocales: L, M, N, R, S, X, Z, Ex quibus
    - Quatuor ſunt Liquidæ: L, M, N, R.
    - Duæ Duplices: X, Z.
    - S, nec Liquida eſt, nec Duplex.
  - Nouem mutæ: B, C, D, F, G, K, P, Q, T. Ex quibus F, profertur ut Semiuocales: at poteſtate Muta eſt.

IN PRIMAM TABVLAM Adnotatiunculæ.

LITERA eſt uox, quæ ſcribi poteſt, indiuidua.

VOCALIS eſt, quæ per ſe uocem facit.

CONSONANS, quæ cum uocali ſonat.

H, nec eſt uocalis, nec conſonans, ſed aſpirationis nota.

SEMIVOCALIS, eſt imperfecta uocalis.

MVTA eſt, quæ reſpectu bene ſonantium exiguam [uo]cem habet.

LIQVIDA eſt, quæ poſt mutam poſita, in eadem [ſy]laba fluit, & quaſi interit: ut, Atlas, Patris, Tegmeſſa, [Te]cnus.

Duplex

DVPLEX *conſonas eſt, quæ pro duabus literis ponitur. Sunt autem tres Duplices,* X, Z, *et* I, *poſita inter duas uocales in dictione ſimplici: ut,* Pax, *pro pacs:* Rex, *pro regs:* Gaza, *pro gaſſa:* Aio, *pro aijo.*

DE SYLLABARVM Diuiſionibus,

TAB. II.

Syllabarum	*Alia*	*Breuis, Longa, Communis,*	*ut,*	*Deus. Sancti. Patre.*
	Alia	*Prima, Media, Vltima,*	*ut,*	*Be= a= tus.*

IN SECVNDAM TABVLAM Annotatiunculæ,

SYLLABA, *eſt comprehenſio literarum conſequens ſub uno accentu, & uno ſpiritu prolata.*

Monoſyllabæ dictiunculæ inter ultimas ſyllabas habentur.

DE PRIMÆ SYLLABÆ Quantitate cognoſcenda,

TAB. III.

Primæ ſyllabæ Quantitas cognoſcitur modis octo,	*Poſitione: ut, carmen.*
	Diphthongo: ut, aurum,
	Præpoſitione: ut, ediſco.
	Compoſitione: ut, fero, perfero.
	Vocali ante uocalem: ut, Deus.
	Deriuatione: ut, amabilis, ab amo.
	Regula: ut, laui, lotum.
	Exemplo: ut, Vina parant animos.

IN TERTIAM TABVLAM Annotatiunculæ.

Poſitione, Diphthongo, Regula, & Exemplo, non primæ ſolùm ſyllabæ, ſed etiam mediæ, cum ultimis cognoſcuntur.

Poſitione ſyllaba producitur. Poſitio fit, quotieſcunq; uocalē conſonātes ſequuntur, uel una duplex, ſiue in eadē dictione, ſiue in diuerſis: ut doctus, axis, gaza, maior, ille.

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro.

Tres autem hinc fiunt exceptiones.

PRIMA, quum breuem natura uocalem muta & liquida, ambæ in eadem ſyllaba poſitæ, ſequuntur: ea non neceſſariò fit longa, ſed modò naturalem retinens quantitatem corripitur, modò producitur: ut pater, natura primam breuem habet, Maro.

Eſt mihi nanq; domi pater, eſt iniuſta nouerca.

Obliqui uerò caſus eius, ob mutam cum liquida, primam communem habent. Idem,

Albaniq; patres. Idem,

Hac celebrata tenus ſancto certamine patri.

SECVNDA, X, & Z, non producunt uocalem breuem in fine præcedentis dictionis poſitam. Lucanus,

Tales fama canit timidum ſuper æquora Xerxem.

Virgilius,

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

TERTIA exceptio: S, nonnunquam euaneſcit, ita ut poſitionem non faciat, tum in fine. Lucretius,

Arboribus ueteres decidere falcibus ramos. Quod nobis imitandum non eſt: tum in principio. Horatius,

Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ.

DIPHTHONGVS, eſt connexio duarum uoca-

lium in eadem ſyllaba uim ſuam retinentium. H*ac autem ſyllaba quæuis producitur, niſi in* Latina *dictione uocalis ſubſequatur:* Maro,

Supitibus duris agitur ſudibus'ue præuſtis.

Diphthongi *ſunt quatuor apud* Latinos*: ut, ætas, aurum, euge, cœlum.* Additur *à nonnullis quinta: ut, fonteis, profontes.* Vtimur *& diphthongo* Græcorum *impropia yi: ut,* Harpyia.

PRÆPOSITIO *in compoſitione ſuam retinet quãtitatem, niſi poſitio fiat, aut uocalem uocalis ſequatur: ut, abduco, deamo.*

Hæ præpoſitiones corripiuntur:

- Ab, *ut,* Abeo.
- Ad, *ut,* Aduro.
- In, *ut,* Ineo.
- Ob, *ut,* Obambulo.
- Per, *ut,* Pereo.
- Re, *ut,* Repono: *præter* Reijcio, *&* Refert, *pro intereſt, uel diſtat: quod compoſitum dicitur ex nomine res, & fert.*
- *Sub, ut, Suborno.*
- *Super, ut, Superaddo.*

Hæ præpoſitiones producuntur:

- A, *ut,* Amitto. Aperio *corripit a: ſed hoc aiunt compoſitum ex ad, & pario.*
- De, *ut,* Deduco.
- Di, *ut,* Diligo. Excipitur Dirimo, *&* Diſertus.
- E, *ut,* Egero.
- Præ, *diphthongon habet: ut,* Prædiues.
- *Se, ut, Secubo.*

Pro, in Latinis producitur: ut, { Profero, Propono, Prodo.

Corripitur in multis, quæ an magis ſint ex Procul, *uel* Prope, *compoſita, iudicent Etymologici:* Pronepos, Profugo, Profugio, Profugus, Profugium, Profanus, Profano, Proficiſcor, Procio, Procello, Procella, Profiteor, Profundus, Profestus, Profor, Profecto, Proteruus, *aduerbium.*

Variatur in his.

Propino, Procurro, Profundo, Propello, Propago, *uerbum: nam nomen pro uite, producitur: pro propagine, corripitur.*

Compoſitio primæ ſyllabæ quantitatem tibi indicat hoc modo: Si neſcis, quanta ſit prima dictionis ſimplicis, eam compone, & accentum perpende: ut, Potens, impotens: Clarus, præclarus: Seco, reſeco: Spiro, aſpiro. *Si dictio compoſita fuerit tetraſyllaba, fac eam redigas in triſyllabam, ſi poteſt hoc fieri: ut,* Fodio, perfodio, perfodis: Fugio, confugio, confugis: Finio, definio, definis: Munio, communio, communis.

Compoſitum ſequitur ſimplicis regulam, diphthongo etiam aut uocali mutata: ubiq; tamen obſeruabis regulas Poſitionum, & uocalis ante uocalem.

Hinc demuntur nomina à Dico *compoſita,* Cauſidicus, Maledicus, &c. *A* nubo Innuba & Pronuba: Connubium *uariatur:* Nihilum *à* ni, & hilum, *producitur:* Nihilum *ſimplex corripitur. Demuntur quoq;* Comitium, Peiero, Deiero, Agnitus, & Cognitus,

Vocalis ante Vocalem in Latinis dictionibus corripitur: ut, Deus, Pius. *Excipitur* Fio, *quod uocalem ante uocalem producit: niſi e, & r, ſubſequantur: ut,* fierem, fieri.

Obe, primam communem habet: Martialis lib. IIII. Obe iam ſatis eſt, hoc libelle. Sunt qui idem de Aba, & Vaba opinentur. Aër, & Dius, ex Græcis ſunt, (ἀὴρ, δῖος) & producuntur. Caius, cum ſit triſyllabum, & Cai, diſſyllabum, producunt a, ante i, uocalem factam ex conſonante.

Deriuatiua dictio, ſi literatura non mutetur, plerunq; retinet quantitatem primitiuæ: ut, Amabilis, primam corripit, ſicut amo: Clamor, primam producit, ſicut clamo. Si literatura non mutetur, diximus ideo: quia ſi uocalem non ſequatur eadem litera in deriuatatiua, quæ ſequebatur in primitiua, non eſt mirandum mutari quantitatem: ut, Mobilis, & Momentum, primam producunt, quæ in moueo corripitur.

Sciendum autem eſt, Præterita, & Supina, ſæpe diſcrepare à quantitate uerbi principalis : ut, Moueo primam corripit, & ſic ea quæ inde deriuantur. Sunt autem ſubiecta,

> Mouebam, mouebo, moue, moueto, moueam, mouere, mouens, à Moueo,
>
> Item, Moueor, mouebar, mouebor, mouere, mouetor, mouerer, mouear, moueri, mouendus: & ſiqua ſunt alia.

Moui autem cum ſit præteritum diſſyllabum, primam producit, & ſic ab eo deducta: ut hæc,

> Moueram, mouiſſem, mouerim, mouero, mouiſſe, à Moui.

Motum itidem ſupinum diſſyllabum, primam longam habet cum ſuis, quæ ſunt hæc, & ſiqua ſunt reliqua, Motus, a, um. moturus, motor, motrix, motio, motus, tus, ui. motiuus, à Motũ.

Hæc, et

Hæc,et quædam alia, à primitiuis breuibus producuntur: Vox uocis,à uoco: Lex legis,à lego: Sedes,à ſedeo: Regula,& Rex,à rego:Tegula,à tego:Laterna,à lateo: Vomer, à uomo: Vena, à uenio: Petus, à peto: Remus,à remeo:Rapum,à rapio:Vires,à uireo: Vitupero,à uitium & paro:Macero,à macer:Ceritus,à cerere:Pedor, à pede: Iugerum,à iugo:Gradiuus,à gradus:Feralis,à ferendo,uel fera.

Hæc & quædam alia à primitiuis longis,corripiuntur: Dux ducis,à duco: Dicax, Maledicus, Cauſidicus à dico: Arena,& Ariſta,ab areo:Lucerna,à luceo:Manus,à mano:Sopor,à ſopio:Vadū,à uado:Noto,à notu:Nato,à natu: Status,à ſupino ſtatu:item Status,a,um,ab eodem:Sagax, à ſagio: Acerbus,ab adiectiuo acer:Siquidem,à ſi, & quidem:Lotum,à lotu:Vitium,à uito:Fatuus,à fatu.

REGVLA QVINQVE DANTVR
ad primam ſyllabam cognoſcendam.

PRIMA, Omne præteritum diſſyllabam primam producit:ut,Vidi,feci,legi,ſuaſi,iuui,egi.

Excipiuntur, ſex,
Bibi,à bibo. Dedi, à do.
Fidi, à findo. Scidi,à ſcindo.
Steti,à ſto. Tuli, à fero.

SECVNDA, Omne præteritum geminans principium,primam corripit:ut Momordi,totondi,fefelli,pepuli.

TERTIA, Cæterorum præteritum tanta eſt prima,quanta præſentis: Amaui primam corripit, ſicut amo: Clamaui primam producit, ſicut clamo.

Excipiuntur quatuor,
Coëgi,à cogo.
Genui,à gigno.
Poſui, à pono.
Potui,à poſſum.

QVARTA, *Omne ſupinum diſſyllabum, primam producit: ut, potum, riſum, motum, luſum, eſum, raſum, ſtatum: tametſi quidam, contra Priſciani ſententiam, male credant hoc primam corripere, quod arguunt compoſita conſtatum, præſtatum, mediam producentia.*

Excipiuntur nouem:
Citū, à cieo, ſecūdæ coniugationis.
Datum, à do. Itum, ab eo.
Litum, à lino. Quintū, à queo.
Ratum, à reor. Rutum, à ruo.
Satum, à ſero. Situm, à ſino.

QVINTA *regula*: Bi, & Tri, *in compoſitione corripiuntur: ut,* Biceps, Bidens, Biuium, Triceps, Tricorpor, Tricuſpis, Tridens, Triuium.

Exemplo *cognoſcitur quantitas, quoties ad probati poëtæ confugimus auctoritatem: ut ſi dubites, quanta ſit prima in* Saturno, *poteris ex illo* Naſonis *fieri certior:*

Poſtquam Saturno *tenebroſa in tartara miſſo.*

Poëtas *tibi cenſemus imitandos potiſſimum, qui nec ſint nimis uetuſti, nec poſt exactas* Italia Muſas *exorti: præter eos qui diuino præditi ingenio, & ſingulari eruditione nobilitati, proxime uidentur ad antiquos, eosq́; probatiſſimos, accedere.*

Ex Heroicis *maxime ſunt imitādi,* Virgilius, Lucanus, Papinius, *Silius* Italicus, Valerius *Flaccus*, Claudianus. His *addo ex recentioribus,* Angelum Politianum, Baptiſtam Mantuanum, & Franciſcum Picum: *quorum medius ſua ſæpius uſus eſt licentia. Licet his etiam adiungere* Iouianum Pontanum.

Tragicorum, *qui* Latine *ſcripſerunt, ſolus extat* Seneca; *tum ſententiarum grauitate, tum carminum uarietate iucunditateq́; legi digniſſimus.*

EX ELE=

EX ELEGIOGRAPHIS,

Albius Tibullus, *Aurelius* Propertius, Ouidius.
Et inter iuniores famigerati, Fauſtus Andrilinus, Lodouicus Bigus, Pamphilus Saxus, & *alij permulti*.

EX LYRICIS,

Horatius, Catullus, Boëtius, Prudentius, Marullus, Pontanus, Crinitus, Philelphus, & reliqui.

EX SATYROGRAPHIS,

Horatius, Perſius, Iuuenalis.

EX EPIGRAMMATOGRAPHIS,

Catullus, Martialis, Auſonius, Proſper, Baptiſta Mantuanus, Pamphilus Saxus, Pontanus, & cæteri.

EX BVCOLICIS,

Virgilius, Calphurnius, Nemeſianus, Petrarcha, Boccatius, Baptiſta Mantuanus, Fauſtus, Geraldinus.

DE MEDIÆ SYLLABÆ quantitate cognoſcenda,

TAB. IIII.

Media ſyllaba quanta ſit, modis octo cognoſcitur:
- *Poſitione: ut, amantis.*
- Diphthongo: *ut, longæuus.*
- Accentu
  - *Producto: ut, fortuna.*
  - *Correpto: ut, tabula.*
- *Diminutione: ut, amicorum, amicus.*
- *Vocali ante uocalem: ut, filius.*
- *Deriuatione: ut, felicior, à felici: ſimulacrum à ſimulatu.*
- *Regula: ut, omnipotens.*
- *Exemplo: ut, Caſtaneasq́; nuces. Phœbe ſaluber ades.*

IN QVARTAM TABVLAM
Annotatiunculæ.

Accentu cognoſcitur penultima ſyllaba: quæ ſi uel acuitur, uel circunflectitur, longa eſt: ut, Doctiores, Romanus. *Si autem grauatur, breuis: ut,* Dominus. Excipiuntur, *De inde, éxinde, périnde, próinde, ſúbinde, exáduerſum, aliquando, síquando, nímirum, dúntaxat, enímuero, & id genus reliqua: in quibus (ut grammaticorũ pleriſq; iiſq; non paruæ auctoritatis uiſum eſt) antepenultima acuitur: tametſi longa ſit penultima, ne ſcilicet binæ dictiones uideantur.* Addunt *quidam ex auctoritate* Gellij Quieſco, *quod ſanè permulti pronuntiant, ſicut* Cáleſco, *caléfacis, frigéfacis, & id genus alia.* Item, Vtráq;, & Pleráq; *nominatiui, & accuſatiui caſus, breuem penultimam acuunt.*

Diminutione *media ſyllaba cognoſcitur, maximè antepenultima, cum detracta ſyllaba fit penultima, & ſic innoteſcit accentu: ut,* Amicorum, *producit antepenultimam, cùm* Amicus *producat penultimam.*

Vocalis *ante uocalem in* Latinis *corripitur: ut,* Filius, *tenuis, caſtanea.* Hinc *fiunt quatuor exceptiones.*

PRIMA, *In genitiuis, & datiuis quintæ declinationis e, inter duo ii, producitur: ut,* Diei.

SECVNDA, *Genitiui in ius, diuiſas ſyllabas, communem habent penultimam in uerſu: ut,* Illius, *unius.* Sed Alius *ſemper longam,* Alterius *(præterquam apud* Terentium*) ſemper breuem habet.*

TERTIA, *Aulai, terrai, pictai, animai, & id genus genitiui, penultimam producunt.*

QVARTA, *Poſſeßiua in eius, eia, eium, antepenultimã longam habent: ut,* Priameius, Æneius, Cybeleius, Rodopeius. Item *Confio, defio, &* Defioculus *apud* Martialẽ, *ut qui-*

ut quibuſdam placet, uocalem producunt. Sic Pompei, & Vultei uocatiui, quando diæreſim admittunt. Inſio, & ſuffio, ut tradit Aldus Manutius, mediam corripiunt.

Deriuatione cognoſcitur media ſyllaba, ſi quanta ſit in primitiuo conſideraueris. Nam ſi neſcias cto, in Victorinus quanta ſit: item ſti, in Iuſtinianus, cognaſces ex Victoris et Iuſtinus primitiuis, in quibus, cto, & ſti, producuntur. Eodem modo ſi neſcias Venereus, & Hectoreus, quantam habeant antepenultimam, cognoſces ex Veneris, & Hectoris primitiuis: in quibus ne, & cto, corripiuntur: quod accentus facilè oſtendit.

Item hæc antepenultimam longam habent,

Amabilis, ab amatum.	*Delebilis, à deletum.*
Volubilis, à uolutum.	*Errabundus, ab erratum.*
Vagabundus, à uagatum.	*Sitibundus, à ſititum.*

Hæc penultimam.

Lauacrum, à lauatum: Simulacrum, à ſimulatum: Ambulacrum, ab ambulatum: Inuolucrum, ab inuolutum: Volutabrum, à uolutatum: tametſi licenter hoc multi antepenultima correpta protulerint.

Verecundus, à uereris: Aratrum, Cantelabrum, & Delubrum, Manutius & alij quidam putant penultimam producere, quia apud poëtas nunquam leguntur penultima breui. Aratrum tamen quidam putant corripere penultimam, quia Græcè ἀρότρον, o paruo ſcribitur: Alij deductum à ſupino uolunt, ideoq; apud poëtas ſemper legi penultima longa. Hinc Sulpitius in Neſtorem:

Vis aratrum Neſtor, non uis (quo dignus) aratrum:
Eſſe arator qui uis, uetus arator eris.

Candelabrum (tametſi producatur à Martiali ratione

muta

muta cum liquida) meo tamen iudicio penultimam correptam habet, cum non deriuetur à ſupino, ut uolutabrum, ſed à nomine candela, cuius ultima eſt breuis, niſi ſit ablatiui caſus. Sed quàm frigida ſit hæc ratio, docent Statuarius à ſtatua, Molaris à mola, Gallinaceus à gallina. Liberum igitur ſit ſuper hoc uolentibus opinari.

Delubrum apud poëtas ferè producitur, de cuius uocabuli origine uide Macrobium lib. Saturnalium tertio. At ſi uerum eſt quod Feſtus Pompeius tradidit, Delubrum dicebant fuſtem delibratum, hoc eſt decorticatum, quem uenerabantur pro Deo, rectè mediam eius uocabuli contraxit Crinitus libro poëtarum II. Sacris receptus delubris. Eſt enim uerſus dimeter iambicus.

Regulis pluribus mediæ ſyllabæ cognoſci puſſunt, ſed ſi à Latino præceptore rectè didiceris & Nomina declinare & Verba, ſuper eorum crementis, & penultimarum, uel extenſione, uel contractione, nunc tibi regulas tradere ſuperfluum eſt. Proinde da operam, ut in ludo literario ſub optimis præceptoribus bene inſtituto, puro ſermoni Romæ urbis uernaculo inſueſcas, ne ſtultè magiſtris militans ſub barbaris, linguam tenellam polluas ſtribligine. Sis igitur hac regula contentus.

I, in compoſitione ita medium, ut priorem partium componentium terminet, corripitur: ut, Agricola, enſifer, magnificus, artifer, multiuolus, omnipotens.

Excipiuntur, hæc in quibus i, producitur,
- *Tanticunque, Tantidem,*
- *Quanticunque, Qualicunque,*
- *Vnicuique, Cuiuis, Cuilibet, Cuidam,*
- *Vtrique, Cuiquam, Cuinam, Cuipiam, & ſimilia.*
- *Plerique, Tibicen, Ibidem, Vbique.*

In his

In his autem modò producitur, modò corripitur.

Vbicunque, Quotidie, Quotidianus, Meridies, Meridior, Pridie, Poſtridie.

MEDIÆ SYLLABÆ CREMENTIS præcipue Verborum, Nominum, Pronominum, & Participiorum cognoſci poſſunt.

CREMENTVM *uerbi eſt, ubi exceditur ſecunda perſona ſingularis numeri præſentis temporis, Indicatiui modi, actiuæ uocis: quæ ſi deeſt, oſtenditur qualis foret: ut, amamus, oſcularis.*

ANNOTATIO.

Vocalis in primo cremento eſt, quæ erat ſecundæ perſonæ ultima: reliquæ in ſecundo cremento eſſe dicuntur.

DE VERBORVM CREmentis Regulæ.

A, in omni cremēto producitur: ut, amamus, legebamus. Excipitur in primo cremento Do das, cum ſuis compoſitis primæ coniugationis.

E, in utroque cremento producitur: ut, amemus, amaremus, docemus, legebam: niſi poſtponatur r, tunc enim corripitur omne præſens tertiæ cōiugationis: ut, legor, legeris, legere, legeremus, legerem, cui ſimile eſt Præteritum imperfectum Subiunctiui.

Re, ante re uel ris producitur: ut, legereris, uel legerere.

E, ante ram, rim, ro, corripitur: ut, amaueram, legeram, legerim, legero, & cætera.

Beris, uel bere, corripitur: ut, amaberis, amabere.

Cætera producuntur: ut, ſteterunt, legerunt.

I, *in primo cremento uerborum quartæ coniugationis ſemper producitur: ut, audimus, auditis, audirem, audire: ibam, ibo, & alia.*

Producitur item i, ante ui, in omni præterito.

Imus *corripitur in omnibus præteritis, ut uenimus.*

Rimus, & *ritis, à quibuſdam licenter producuntur in præterito ſubiunctiui.*

Produc, Nolito, *uelito, uelimus, uelitis;* & *ſimus, ſitis.*

O *producitur in cremento: ut, amatote:* V *uerò corripitur: ut uolumus, nolumus.*

CREMENTVM Nominis, Pronominis, & Par*ticipij, eſt exceſſus obliqui in ſyllaba, uel ſyllabis, ſupra nominatiuum eiuſdem numeri.*

DE CREMENTIS nominum regulæ.

A, E, & O, *ſemper producuntur in cremento plurali: ut muſarum, rerum, dominorum.*

I, & V, *corripiuntur: ut, artibus, artubus.*

ANNOTATIO.

Nullum eſt crementum ſingulare in Prima declinatione nec in Quarta, præterquam in datiuo, ubi eſt uocalis ante uocalem, ſic quoque in Quinta.

In ſecunda declinatione unicum producit penultimam genitiui. Iber, Iberi: ſic Celtiber, Celtiberi.

CREMENTA NOMINVM TERTIÆ declinationis multa ac varia.

A, *corripitur in cremento: ut, poëma, poëmatis.*

O, *producit onis: ut, carbo, carbonis.* Excipiuntur *Brito, Britonis: Macedo, Macedonis, Saxo, Saxonis: Vangio, Vangionis.*

Inis,ab O,corripitur:ut,uirginis,cardinis, &c.

Enis producitur:ut, Anienis,Nerienis.

Halec,Halecis,penultimam producit:ſic Dauid, Dauidis: At,Bogud,Bogudis corripitur.

Nomina in l, producunt penultimam in cremento: ut, animal, animalis : Michael, Michaelis : ſol, ſolis : ſil, ſilis. Excipe ſal, ſalis: mugil, mugilis: ſtrigil,ſtrigilis: pugil,pugilis: uigil, uigilis: conſul, conſulis: exul,exulis: præſul, præſulis: Hannibal, Hannibalis: & alia propria uirorum nomina.

En,Inis,corripitur: ut,nomen,nominis: pecten, pectinis. At Enis, producitur: ut,ſplen,ſplenis: ren,renis: ſiren, ſirenis.

De Nominibus in On, uix dari poteſt certa regula: Nam multa producuntur: ut,Babylon, Babylonis: Sinon, Sinonis: Sidon, Helicon, Solomon, uel Salomon, Solon, Simon,Endymion,Cauſon,Dolon,Triton,Agon, Python: & reliqua.

Multa è contrario corripiuntur:ut,canon,canonis:dæmon, dæmonis: Lacedæmon, Gorgon,gnomon, Amazon, Agamemnon, Palæmon, Actæon, Iaſon,Ixion, Philemon, Sarpedon, &c.

Aris, ab ar, producitur : ut, calcar, calcaris : torcular, torcularis, &c. Tolluntur par, impar, compar, diſpar, lucar,nectar, iubar,lar, Arar,Cæſar, & id genus propria.

In Er,corripiunt eris :ut,anſer,anſeris:mulier,mulieris: carcer, carceris: cadauer, cadaueris, &c. Excipe uer,ueris: Iber,Iberis: crater,character,ſtater, clyſter, ſer, & multa alia Græca eris,producentia.

In Or,producunt oris:ut,amor,amoris:uictor,honor.

Excipiuntur arbor, arboris: memor, æquor, tricorpor, Antenor, Hector, Caſtor, rhetor, marmor, habentia oris penultima breui. Ador, adoris, penultimam habet communem.

In Vr, corripiunt uris & oris: ut, guttur, gutturis: ebur, eboris, &c. Excipe furis à fur priori longa.

As, atis, extenditur: ut, pietas, pietatis: ciuitas, ciuitatis. Demuntur, anas, anatis: mas, maris: uas, uadis, & Græca facientia adis in genitiuo: lampas, lampadis, &c. Vas, uaſis, priorem producit.

Es corripit penultimam genitiui: ut, limes, limitis: diues, diuitis: paries, parietis: hebes, hebetis, & pleraque alia. Producuntur uerò locuples, locupletis: quies, quietis: merces, mercedis: hæres, hæredis: & Græca mittentia genitiuum in etis: ut, lebes, lebetis: magnes, magnetis: tapes, tapetis, &c.

In is, habentia idis, corripiunt penultimam genitiui, ut, lapidis, cuſpidis, & alia tam Græca quàm Latina: præter crenis: neſis, neſidis: pſophis, pſophibis. Sed quæ habent itis, producunt: ut, Dis, ditis: Samnis, Samnitis: Lis, litis: Quiris, quiritis: & Græca in is, & in, deſinentia: ut, Delphis, uel delphin, delphinis: Salamis, uel ſalamin, ſalaminis, &c. Item glis gliris, producitur.

Os, in obliquis penultimam producit: ut, Nepos, nepotis: Os, oris: Flos, floris: Cuſtos, cuſtodis: Minos, minois: Tros, trois: Heros, herois. Tria corripiunt: Bos, bouis: Compos, compotis: & impos.

Vs, penultimam genitiui corripit: ut, Stercus, ſtercoris: Frigus, frigoris: Munus, muneris: Venus, ueneris: Grus, gruis: Pecus, pecudis: Pecus, pecoris: In-

tercus,intercutis: Ligus,liguris: Ædipus,ædipodis:Tri=pus,tripodis:& mille alia.

Comparatiua producuntur: ut, melioris,peioris. Item *hæc,Palus,paludis:*Incus,*incudis:* Subſcus,*ſubſcudis:*Vir*tus,ſalus,iuuentus,ſenectus,ſeruitus.*Et *quæ habent uris:* Pus,*puris:plus,mus,ius,rus,thus,tellus.*

Nomina in bs,& ps,breuiant penultimam genitiui:ut, Scrobs,*ſcrobis,*Chalybs,*chalybis:*Lelaps,*lelapis:Æthiops æthiopis:*Cælebs,*cælibis,*Princeps,*principis:*Forceps,*for cipis:* Anceps, *ancipitis, & reliqua.* Porriguntur Cy=*clops,cyclopis: hydrops,cercops,europs, conops, & ſeps ſepis pro ſerpente.*

*In ax,producunt acis: ut,*Pax,*pacis:*Edax,*edacis.*Bre*uiantur* Fax,*facis:abax,pharnax,ſmilax,ſtyrax,dropax, atrax,candax,panax,ſtorax,colax.*

In Ex,*corripiunt uocalem in cremento: ut,* Iudex,*iu=dicis:* Culex,*culicis:* Grex,*gregis:* Senex,*ſenis:* Supel=lex,*ſupellectilis :* Remex,*remigis, & alia.* Sed pro=*ducuntur* Vibex, *uibicis:* Veruex, *ueruecis:* Lex, *legis:* Myruex,*myruecis:* Halex,*halecis: celex,pyphex, crex.*

In Ix *producuntur: ut,* Radix,*radicis:* Felix, *felicis, &c.* Excipiuntur *hæc penultimam breuiantia,* Appen=dix, *appendicis:* Coxendix,*pix, larix,illix,ſalix, philix, cilix, maſtix, uarix, natrix, calix, fornix, nix, niuis, elix,ſtærix.*

In Ox *extenduntur: ut,* Vox, *uocis:* Velox, *uelocis.* Excipiuntur Cappadox, *cappadocis :* Præcox ,*præcocis:* Allobrox,*allobrogis.*

In Vx, *corripiuntur : ut,* Crux,*crucis:* Dux, *ducis:* Coniux, *coniugis.* At *producuntur,* Lux,*lucis:*Frux, *frugis:*Pollux,*pollucis.*

In Yx contrahunt penultimam : ut, phryx, phrygis: ſtyx ſtygis: eryx, erycis: ceryx, onyx, ſardonyx. Tolluntur hinc bombyx, bombycis: ſandyx, ſandycis: bebryx, bebrycis penultima communi.

Pronomina & Participia ſequuntur crementa nominum.

DE VLTIMÆ SYLLABÆ quantitate cognoſcenda,

TABVLA QVINTA.

Vltima ſyllaba quatuor modis cognoſcitur,
- *Poſitione: ut, ſapiens.*
- *Diphthongo: ut, Muſæ.*
- *Regula: ut, ama.*
- *Exemplo : ut, Huc ades ô formoſe puer.*

IN QVINTAM TABVLAM Annotatiunculæ.

Quindecim regulis ultima ſyllaba cognoſcitur : quarum octo producitur, ſex corripitur, una fit communis.

Producuntur
- *A, ut ama.*
- *C, ut dic.*
- *I, ut magiſtri.*
- *N, ut Titan, en, quin, canon.*
- *As, ut ciuitas.*
- *Es, ut dies.*
- *Os, ut flos.*
- *V, ut manu.*

Corripi

Corripiuntur {
B, d, m, t: ut ab, ad, militum, caput.
E, ut mare.
L, ut animal, mel, pugil, conſul.
R, ut Cæſar, per, uir, amor, turtur.
Is, ut ignis. *Vs, ut deus.*

O, modò producitur, modò corripitur: ut, amo, uirgo.

Hæc quò facilius memoriæ commendentur, hoc diſtichon appoſui.

Produc, da, ſic, mi, pan, en, quin, non, pietas, res,
Flos, fructu, medium eſt o, cætera contrahe lector.

Verùm ſingulatim hæc repetamus, ut exceptiones innoteſcant.

PRIMA REGVLA.

A, finita producuntur: ut, Ama, contra, præterea, à poëta, à muſa.

Tres hinc fiunt exceptiones.

Prima: Nominatiui, accuſatiui, & uocatiui in a corripiuntur: ut, hic. & ô poëta, templa, carmina. Præter uocatiuos à nominatiuis Græcis in as, ut ô Ænea: & Græca in a productum: ut, Nemea, Tegea.

Secunda: Numeralia in ginta communem habent ultimam, ut triginta, quadraginta, quæ tradunt quidam rectius produci.

Tertia, puta aduerbium, ita, quia corripiuntur.

Addunt quidam eia, Probo auctore.

SECVNDA REGVLA.

C, finita producuntur: ut, Dic, duc, halec, illuc, iſtuc.

Exceptiones duæ:

Prima. Nec,*donec,lac,& hoc,nominatiui uel accuſatiui caſus corripiuntur.*

Secunda: Fac,& Hic,*pronomen,communia ſunt.*

TERTIA REGVLA.

I,*finita producuntur: ut,* Diei,*amari,dixi,ueſperi.*

Exceptiones tres,

Prima: Datiui,*& uocatiui in i,quorum genitiuus ſingularis in os,correptam apud Græcos deſinit,corripiuntur: huic* Palladi, Minoidi,ô Phylli, Alexi. *Interdum tamen eiuſmodi* Datiui *leguntur ultima longa.*

Secunda: Niſi,& Quaſi,*corripiuntur.*

Tertia: Mihi,tibi,ſibi,cui,*diſſyllabum,ubi,& ibi,ultimam communem habent.* Moly *deſinens in ypſilon corripit ultimam.*

QVARTA REGVLA.

N,*finita producuntur: ut,* Titan,hymen, en,quin,delphin,dæmon,canon.

Exceptiones tres:

Prima: Forſan,forſitan,tamen,attamen,in,*cum compoſitis:ut,* Dein exin,proin,uiden,an,*corripiuntur.*

Secunda: Neutra,& maſculina in en,habentia inis, in genitiuo,corripiuntur:ut, Nomen:carmen,gramen,pecten, tubicen,flamen.

Tertia: Nominatiui, accuſatiui, & uocatiui Græci in on,per o paruum,ut, Pelion,ilion,pylon,cantharon,*corripiuntur. Item accuſatiui in in: ut,* Alexin,Daphnin. *Et in an,à nominatiuis in a:ut,* Iphigenian,Æginan. *Nam à nominatiuis in as,producuntur: ut,* Ænean,Borean.

QVINTA REGVLA.

As, finita producuntur: ut, ciuitas, muſas, amas.

Exceptiones duæ:

Prima: Nominatiui in as, quorum genitiuus in dos, deſinit, corripiuntur: ut, Pallas, lampas, arcas.

Secunda: Accuſatiui Græci in as, eorum nominum quæ per os, mittunt genitiuum, corripiuntur: ut, Aonas, heroas, garamantas, rhetoras.

SEXTA REGVLA.

Es, finita producuntur: ut uulpes, fraudes, doces, leges, audies.

Exceptiones tres:

Prima: Corripientia penultimam genitiui creſcentis corripiuntur: ut, Diues, miles, ſeges: præter Aries, paries, abies, ceres, fides, res, pes, & ſpes, quæ producuntur.

Secunda: Nominatiui Græci plurales in es, corripiuntur: ut, Arcades, Thraces.

Tertia: Es, à ſum, cum compoſitis, potes, ades, & reliquis: penes, hippomanes, cacoëthes, corripiuntur. Es, uerò ab edo, producitur differentiæ cauſa: Inquies, Probus & Priſcianus dicunt corripi: ſunt qui produci magis autumant.

SEPTIMA REGVLA.

Os, finita producuntur: ut, Dos, honos, magiſtros.

Exceptiones duę:

Prima: Os, oßis, cum compoſito Exos, corripitur.

Secunda: Græca in os, per o paruum, corripiuntur: ut, Delos, Ilios, chaos, Pallados, Orpheos, Tereos, Æneïdos.

OCTAVA REGVLA.

V, finita producuntur: ut, Fluctu, manu, tu, diu, amatu, dictu.

Excipiuntur, ut grammaticis placet, neutra, quæ corripiuntur in nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuo: ut, genu, cornu, gelu.

NONA REGVLA.

B, d, m, t, finita corripiuntur: ut, ab, ad, militum, caput.

Excipiuntur in quibus facta eſt ſyncopa: ut, Fumat, pro fumauit: obit, pro obiuit.

DECIMA REGVLA.

E, finita corripiuntur: ut, Cubile, mille, forte, ſcribere, lege, pene, rite, facile, pone, impune.

Exceptiones quinque:

Prima: Græca in e, longum producuntur: ut, muſice, ô Anchiſe, mele, cete, tempe.

Secunda: Genitiui, datiui, & ablatiui quintæ declinationis, producuntur: ut, die, fide, fame.

Tertia, Imperatiua ſingularia ſecundæ coniugationis producuntur: ut, doce, mane.

Quarta: Monoſyllaba, ut, me, te, ſe, de, producuntur: præter encliticas coniunctiones ne, que, ue.

Quinta: Aduerbia in e, recté formata à datiuo in o, producuntur: ut, bellé, pulchré, cauté: ſic ualde, feré, & fermé. His additur obé interiectio. Malé, uerò corripitur, ſicut Bene.

VNDECIMA REGVLA.

L, finita corripiuntur: ut, Tribunal, mel, uigil, conſul.

Exceptiones duæ:

Prima: Pol, ſol, & nil, producuntur.

Secunda: Barbara in el, ſyllabam, producuntur: ut, Michaël, Daniel.

DVODECIMA REGVLA.

R, finita corripiuntur: ut, Lacunar, imber, uir, calor, murmur, martyr.

Exceptiones tres:

Prima: Lar, far, nar, uer, cur, fur, par, cum compoſitis compar, impar, & reliquis, producuntur.

Secunda: Cor, commune eſt.

Tertia: In er, à Græcis in ηρ, id eſt er, longum, producuntur: ut, aër, crater, character, æther, & id genus alia: præter Pater, & mater, quæ ſemper ultimam contrahunt, tametſi à Græcis ueniant.

DECIMATERTIA REGVLA.

Is, finita corripiuntur: ut, Ignis, paris.

Exceptiones ſeptem.

Prima: Datiui, & ablatiui, & accuſatiui plurales in is, producuntur: ut, Dominis, muſis, fontis, uel fonteis, more ueterum, pro fontes: treis, pro tres: queis, pro quibus.

Secunda: Producentia penultimam creſcentis genitiui, producuntur: ut, Lis, ſamnis, delphis, dis.

Tertia: In is, à Græcis in εις, diphthongon, producuntur: ut, Pyrois, Simois.

Quarta: Vis nomen, Vis, uerbum, & Sis, producuntur.

Quinta: Secundæ perſonæ ſingulares in is, quartæ coniugationis, producuntur: ut, Audis, dormis.

Sexta: Velis, cum compoſitis Malis, & Nolis, producuntur.

Septima: Secũdæ perſonæ ſingulares futuri ſubiunctiui modi, habent ultimam communem, ut dederis, audieris.

DECIMAQVARTA REGVLA.

Vs, finita corripiuntur: ut, Deus, angelus.

Exceptiones quatuor:

Prima: Genitiui ſingulares, & nominatiui, & accuſatiui, uocatiuiq́; plurales quartæ declinationis producuntur: ut, Fructus.

Secunda: Producentia penultimam genitiui creſcentis producuntur: ut, Virtus uirtutis: Tellus telluris: tametſi licenter Horatius Palus contraxerit.

Tertia: Monoſyllaba in us, producuntur: ut ius, tus, plus, mus, grus, ſus.

Quarta: Græca in us, producuntur: ut Panthus, Saphus, Amathus. A'pus, tamen compoſita etiam corripiuntur, ut apud Horatium Polypus.

DECIMAQVINTA REGVLA.

O, finita & corripi, & produci poſſunt: ut, Amo, ſcribo, amando, uirgo.

Exceptiones quinque:

Prima: Datiui, & ablatiui in o, producuntur: ut, Magiſtro, templo.

Secunda: Monoſyllaba in o, producuntur: ut, Do, ſto, pro.

Tertia: Græca in o, magnum producuntur: ut, Dido, Manto, Io, echo: præter Ego, quod quidam ſemper corripi tradunt.

Quarta: Duo, & Scio, cum compoſitis corripiuntur.

Quinta: Ilico, modo, cito, contrahuntur.

DE PEDIBVS METRICIS, QVORVM FREQVENTIOR VSVS EST,

TABVLA SEXTA.

- **Pedum, quibus ſæpius utimur,**
  - *Quatuor ſunt diſyllabi,*
    - *Pyrrhichius duabus breuibus conſtans* ∪ ∪, *ut pater.*
    - *Spondeus duabus longis* – –, *ut laudes.*
    - *Iambus breui & longa,* ∪ –, *ut dies.*
    - *Trochæus longa & breui* – ∪, *ut mater.*
  - *Tres triſyl=labi,*
    - *Tribrachus tribus breuibus* ∪ ∪ ∪, *ut canite.*
    - *Anapæſtus duabus breuibus & longa* ∪ ∪ –, *ut lapides.*
    - *Dactylus longa & duabus breuibus* – ∪ ∪, *ut carmina.*
  - *Duo tetraſyl-labi,*
    - *Proceleumaticus quatuor bre uibus* ∪ ∪ ∪ ∪, *relegite.*
    - *Choriambus longa, duabus breuibus, & longa* – ∪ ∪ –, *omnipotens.*

IN SEXTAM TABVLAM Annotatiunculæ.

P E S, *eſt metrica conſtitutio ſyllabarum.* Pedes *au tem dicti ſunt, quia quemadmodum pedibus ingredimur, ita & uerſus quibuſdam quaſi pedibus metimur,*

Ex *pedibus in primis Spondeum et Dactylum diſce co= gnoſcere*

gnoſcere, qui tibi maximè uſui ſunt futuri: Deinde *paulatim ad alios perge.*

DE VERSV HEXAMETRO TABVLA SEPTIMA.

Hexameter uerſus ſex regiones habet, recipit autem in regione	*Prima*	Spondeum, uel Dactylum.
	Secunda	
	Tertia	
	Quarta	
	Quinta, ſolum Dactylum,	
	Sexta, ſolum Spondeum.	

Scanditur hunc in modum:

Tityre – ∪ ∪ *tu patu* – ∪ ∪ *læ recu* – ∪ ∪
bans ſub – – *tegmine* – ∪ ∪ *fagi* – –
Sylue – – *ſtrem tenu* – ∪ ∪ *i mu* – –
ſam medi – ∪ ∪ *taris a* – ∪ ∪ *uena* – –

IN SEPTIMAM TABVLAM Annotatiunculæ.

VERSVS, *eſt metrica pedum conſtitutio.* Dicitur *autem quòd ab eo ad principium ſequentis reuertimur: aut, quòd tantiſper uertendus eſt, dum rectè conſtituatur.*

HEXAMETER, *quòd ſex regiones (id eſt, pedum loca) continet: ab* ἕξ, *quod eſt ſex, &* μέτρον, *menſura, metrum. Apud poëtas in quinta regione nonnunquam Spondeus inuenitur, ſed tibi hoc temerario auſu non eſt imitandum.*

Scandi uerſus tum dicitur, cum in ſingulos, uel binos pedes diſtinguitur.

Tibi *(ne fallaris) uerſus ſunt in ſingulos pedes diſtinguendi, tametſi ſoleant* Iambici *peritis ſcandi binis pedibus coniunctis.*

DE VERSV PENTAMETRO TABVLA OCTAVA.

Pentameter quinque regiones habet: diuiditur autem in duo Hemiſtichia, quorum utrunq; duobus pedibus conſtat, & ſemipede.

Prius Hemiſtichium conſtat
- Duobus Dactylis & ſemipede.
  — ∪ ∪   — ∪ ∪   —
- Duobus Spondeis & ſemipede.
  — —   — —   —
- Dactylo, Spondeo, ſemipede.
  — ∪ ∪   — —   —
- Spondeo, Dactylo, ſemipede.
  — —   — ∪ ∪   —

Poſterus conſtat duobus Dactylis, & ſemipede.
— ∪ ∪   — ∪ ∪   —

Scanditur hunc in modum.

Sæpe ſo-∪∪lent au--ro-multa ſub-∪∪eſſe ma-∪∪la-
Certe--plus ani-∪∪mi-debet in-∪∪eſſe ui-∪∪ris-

IN OCTAVAM TABVLAM. Annotatiunculæ.

PENTAMETER *uerſus dicitur, quòd quinque pedum regiones habet: à* πέντε, *quod eſt quinq;, &* μέτρον, *metrum.*

HEMISTICHIVM, *dicitur dimidia pars uerſus: ab* ἥμισυς, *dimidius, &* στίχος, *uerſus,*

SEMIPES, *eſt pedis pars dimidia: & cum in fine dictionis ſuperat, etiam cæſura dicitur, quòd ea uerſus cæditur, & diuiditur.*

Vltima cuiuſcunq; uerſus ſyllaba longa ſit, an breuis, nihil refert. Vnde bene quidam dixit.

Vltima cuiuſq; eſt communis ſyllaba uerſus.

DE VITIIS NOVEM IN VERSV componendo vitandis.

TABVLA NONA.

Vt recte carmina conficere diſcas, nouem tibi uitia ſunt diligenter euitanda.

Primum, Illatinitas, cui ſubijcitur
- *Barbariſmus, qui ſit in dictione.*
- *Solœciſmus, qui in oratione.*

Secundũ, Negligentia, ſub qua cõtinentur
- *Superfluitas,*
- *Defectio.*

Tertium, Ordinis confuſio.

Quartum, Obſcuritas.

Quintũ, Quantitatis incuria, quæ ſit bifariam,
- *breuem extendendo.*
- *longam contrahendo.*

Sextum, Hiatus, qui ſit bifariam,
- *Cum dictione in uocalem deſinente ſubſequens à uocali incipit, nec prior uocalis cliditur.*
- *Cum dictione in m, deſinente ſubſequens à uocali incipit, nec m, cum ſua uocali abijcitur.*

Septimum, Inconcinnitas.

Octauum, Nimis frequens licentiæ uſurpatio.

Nonum, Stulta imitatio quorumlibet uerſificatorum.

Complexi ſumus ea his nouem uerſibus, ut facilius ediſcas.

Sermonis uitium fuge: dictio ne qua redundet,
Aut deſit: rectus ſeruetur in omnibus ordo.
Ne ſis obſcurus: ne produc corripienda,

Vel con

Vel contrà: ſi uox uocali deſinit, aut m,
Subdere uocalem ſine perditione prioris
Nolito: uerſus omni ſint parte canori.
Carmine in exiguo ne ponito plura licenter.
Optima quæq; tibi propone imitanda. fauebit
Pulcher Apollo tibi, fundent ſua dona Camœnæ.

IN NONAM TABVLAM
Adnotatiunculæ.

Illanitas & barbaries omnis, ut in oratione proſa, ſic & in carmine diligenter euitanda eſt.

Barbariſmus eſt contra Romani ſermonis legem aut ſcripta aut pronuntiata uitioſa dictio.

Solœciſmus eſt inconueniens Romano ſermoni iunctura uerborum, contra regulam artis grammaticæ poſita. Latinè à quibuſdam Stribiligo appellatur.

Negligentia maximopere fugienda eſt in uerſibus componendis, ne uel per ſuperfluæ dictiones admitantur, uel excludantur neceſſariæ. Perbelle Bigus Pictorius in quendam iocatur hoc tetraſtico.

Dic mihi, cur ponis toties in carmine, nunc, ſed,
Ipſe puer, frater, quippe, profectò rogo:
Scilicet ut magnum poßis abſoluere uerſum?
O' uir præcipua calliditate uafer.

Vitanda quoq; eſt Ordinis confuſio, neq; probandum, ſi quis adiectiuum à ſuo ſubſtantiuo, ſuppoſitum à uerbo; dictionem rectam à regente, aduerbium à uerbo nimium ſeparauerit: inepta enim eorum, quæ coniungenda ſunt, ſeiunctio lectoris animum non iuuat, ſed offendit.

Obſcuritas item, & orationis ambiguitas, omni ſtudio eſt amouenda: itaq; ſtudendum breuitati, ne lux uertatur in caliginem. Notans id uitij Flaccus:

— Breuis, inquit, eſſe laboro, Obſcurus fio.

Syllabarum quantitates diligenter obſeruandas, ne grammatici ſuis utantur cenſuris, non neceſſariam eſt ſæpius admonere.

Hiatus procuratur, euitaturq́; duabus figuris, Synalœpha, & Ecthlipſi.

Synalœpha fit, cùm in ſcanſione uerſus uocalis in fine dictionis poſita, per ſubſequentem uocalem abijcitur: ut,

Sera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Synalœpha Græce, συναλοιφή. Latinè coniunctio dicitur. Videntur enim duæ uocales coniungi, & in unam coire.

Ecthlipſis fit, quando ſequente uocali conſonans præcedentis dictionis exprimitur cum ſua uocali: ut,

Monſtrum horrendum ingens. Ecthlipſis Græce ἔκθλιψις interpretatur eliſio, uel expreßio: uocalis enim ſucceſſu, m, cum ſua uocali eliditur. Vnde quidam,

Ecthlipſis necat m, uocalem aufert Synalœpha.

Inconcinnitas dicitur, cum uerſus minus benè ſonat. Id autem multis accidit modis, cùm cædem uel literæ, uel ſyllabæ duriter, aſpereq́; concurrunt: ut, Carmina manca canis: Caſus Caſſandra canebat. Sentis periuria gentis.

O' fortunatam natam me conſule Romam.
Exercet mentes fraternas grata malis lis.
O' Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.
Machina multa minax minitatur maxima muris.
Magnanimæ Thebæ certamine Marte debere.
Inq́; tuis factis ſæuis & triſtibus dictis.
Improbe amor conuerte animi indignantia habenis.
Portat equus, criſtaq́; tegit galea aurea rubra.
Et grauiora rependit iniquis penſa quis illis?
Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile.

Nuper

Super quidam doctos cœpit ſcribere uerſus.

Tu quod promiſti mihi, quod mentita inimica es.

Cynthia cornu, Phœbus ſpicula prælia Mauors.

Vitandum inſuper tibi uerſiculorum genus eſt, quos Leoninos uocant: ut,

Æthiopum terras iam feruida torruit æſtas.

Vos uocat infernus, uos deſerit ordo ſupernus.

Nonnunquam tamen eiuſmodi leguntur apud probatos poëtas: ut,

I nunc, & uerbis uirtutem illude ſuperbis.

Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori.

Adhæc cauendum tibi eſt, ne in paruo poëmate nimis crebra non uerearis uti licentia. Non enim conceditur idem rudi, quod erudito: nec tyrunculi eſt tantum ſibi arrogare, quantum militis uel imperatoris, diu multumq; exercitati, etiam magna inter militantes autoritate præditi. Verecundus igitur eſto, & à nimium frequentibus figuris abſtineto.

Poſtremò, Quintiliani iudicio, poëtarum optimi, & ſtatim, & ſemper legendi ſunt, ac imitandi: qui prudenter etiam præcipit, pueros protinus optimo præceptori tradendos eſſe: cùm in eluendis, quæ ſemel inſederint, uitijs, difficultas maxima conſequatur. Proinde non ſatis prudenter agunt pleriq;, qui ſciolis, & ſemidoctis literatoribus filiolos ſuos tradunt imbuendos, apud quos, inepti uerſus Alexandri Galli, Faceti, & Alani, & alia pleraque, quæ barbariem olent, infelicibns diſcipulis præleguntur. Sunt etiam non minus ſtulti, qui cubicularijs magiſterculis liberos ſuos committunt, qui uiginti, triginta'ue pueris, diſsimili præditis ingenio, profectuq; longe diſtantibus, eadē prælegunt, & inculcant: nullius rei perinde, ac

de, ac ſui quæſtus habita ratione. Barbaries horum domeſticos intra parietes ogganiens, & in doctiſſimum quenque imprudenter deblaterans, quàm teneris puerorum linguis noceat, quantumq; mollis eorundem indulgentia bonis moribus officiat, quis breui ſermone poſſit explicare?

DE TRIBVS METRORVM generibus, quibus tyrunculi primùm ſunt exercitandi.

TABVLA DECIMA.

Tria metrorum genera, puerorum exercitationi ſunt in primis conducibilia.	Adonium, conſtans Dactylo & Spondeo.
	Archilochium Dactilicum dimetrum hypercatalectum: cõſtans duobus dactylis & ſylaba.
	Partheniacum anapæſticum dimetrum catalecticum: conſtans anapæſto uel ſpondeo, & anapæſto & ſyllaba.

IN DECIMAM TABVLAM ANNOTATIVNCVLÆ.

Aſſueſcant tyrunculi breuioribus uerſiculis componendis, antequam uerſus Hexametros, Pentametrosq; aggrediantur: ut ita paulatim, gradatimq; in Heliconis altum cacumen euadant. Vt enim mihi liceat poëtæ uerſum prima dictione mutata uſurpare,

Cantandi ſtudio paulatim longius itur.

In primis igitur Dactylo & Spondeo cognitis, Adonios ludat, cuiuſmodi ſunt illi apud Seuerinum Boëtium,

Nubibus atris   condita nullum

Fundere poſſunt   Sidera lumen.
Et apud Martianum Capellam:
Virgo peritæ   Præuia ſortis
Quæ potuiſti   Scandere cœlum.

Quem nos in Charoleis *imitati ſumus illo carmine,*
Optime princeps,   Dilige toto
Pectore doctos.

Deinde incipiat Archilochios, *dactylicos, dimetros, hypercatalecticos modulari, cuiuſmodi apud* Horatium,
Arboribusq́; comæ

Et *hi noſtri ſunt, quos ex tempore ſubiecimus,*
Dulcia pieridum   Carmina diſce libens.
Artibus ingenuis   Nocte dieq́; uaca.
Quò tibi perpetuo   Surgat honore decus.

Diſcat item componere miſtis Dactylis & Spondeis, *hemiſtichia: cuiuſmodi paßim lectitandis poëtis occurrunt. Poſtea uerſetur in* Anapæſtis *concinnandis, cuius generis apud* Boëtium *ſunt,*
Felix nimium prior ætas   Contenta fidelibus aruis,
Nec inerti perdita luxu.

Et apud Capellam,
Caput artibus inclyta uirgo
Cui panditur aula tonantis.
Merito tibi ſubditur orbis
Rationibus antè rèpertus.

Quem imitatus ſum in Charoleis.
Generoſe pericula princeps.
Animo ſuperato potenti.
Gere fortiter ardua bella.

Vbi diligenter his fueris exercitatus, in promptu tibi uerſus, erunt, tum Hexametri, *tum* Pentametri.

Nam ſi coniunxeris Archilochiũ cum Partheniaco, Hexa-
metrum habebis: ut,

Moribus ingenuis felix nimium prior ætas.

Si duos Archilochios connexueris, erit pẽtameter, ut,

Dulcia Pieridum carmina diſce libens,
Artibus ingenuis nocte dieq; uaca.
Quò tibi perpetuo ſurgat honore decus.

Si ſubieceris Archilochio Adonium, fiet uerſus Alcmanius dactylicus tetrameter, hypercatalectus: cuius generis eſt apud Boëtium libro primo,

Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Si inter archilochium & adonium, & ſemipedem & pedem interieceris, fiet Hexameter: ut

Cogitur heu ſtolidam mortalis cernere terram,
O' quàm glorifica ſacra uirgo luce coruſcas.
Artibus ingenuis incumbito nocte dieq;.

Rurſus ſi poſt hemiſtichium ſeſquipedem exemeris hexametro, redibit in Alcmanium: ut,

Cogitur heu ſtolidam cernere terram.
At regina graui ſaucia cura.
Tityre tu patulæ tegmine fagi.

SVPER HEXAMETRIS ET *pentametris eleganter claudendis,* TABVLA XI.

Hexameter perbelle deſinit in dictionem { Diſyllabam. / Triſyllabam.

Pentameter in dictionem { Diſyllabam / Tetraſyllabam / Pentaſyllabam.

IN VNDECIMAM TABVLAM
Annotatiunculæ.

Hexameter uerſus, canore deſinit in dictionem diſyllabam uel triſyllabam: ut,

Totas ſplendeſcere terras,
Gentes frenare ſuperbas.

Cauendum autem eſt, ne in eius fine duæ ſint dictiones diſyllabæ: ut in illo,

Incubet & tyrijs, atq; ex ſolido bibat auro.

Minus aptè deſinit Hexameter in tetraſyllabam, pentaſyllabam aut monoſyllabam dictionem, niſi ſit animalis nomen: ut,

– Procumbit humi bos. aut enclitica coniunctio: aut niſi altera monoſyllaba præcedat: ut,

Manſuri oppidulo, quod uerſu dicere non eſt.

Pentameter deſinit eleganter in diſyllabam dictionem, nec ineptè in tetraſyllabam pentaſyllabam'ue: ut, apud Martialem,

Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.
Et Propertium,
Contactum nullis antè cupidinibus.

Caue in fine pentametri ponas triſyllabam, uel monoſyllabam, tametſi poëtæ nonnunquam poſuerint. Propertius,

Et caput impoſitis preſit amor pedibus. Tibullus,
Fecit, & antiquis impoſuit laribus. Martialis,
Sunt hæc trita quidem Zoile, ſed mea ſunt.

Si monoſyllabam præcedat altera, uerſus melius ſonat. Ouidius,

Præmia ſi ſtudio conſequar iſta, ſat eſt.

Inprimis autem id laudabile eſt, ſi duo uel tres aut etiam plures Hexametri uerſus nexu orationis, & contextu.

ueluti catena quadam inter ſe connectantur: cuius rei frequentia ſunt apud poëtas exempla. Hexameter cum pentamentro ſenſum concludat: aut ita ſuſpendat, ut omnino duobus proximis abſoluatur. Nec licet ponere dictionem regentem in pentametro, & rectam in hexametro ſubſequenti, aut contra: tametſi Catullus, & alij quidam, non ſemper hoc obſeruauerint.

DE VERSVS HEROICI *uaria ſpecie,*

TABVLA XII.

Verſus heroici ſpecies ſunt ſeptem & quadraginta,

1 *Proprius heroicus,*
2 *Ornatus heroicus,*
3 *Catenoplius,*
4 *Periodicus,*
5 *Bucolicus,*
6 *Sapphicus,*
7 *Iſochronus, cuius ſunt duæ ſpecies, Spondaicus, & Dactylicus,*
8 *Illibatus,*
9 *Iniugis,*
10 *Aequiformis,*
11 *Aquidicus,*
12 *Teres,*
13 *Sonorus,*
14 *Vocalis,*
15 *Politicus,*
16 *Apartiſmenus,*
17 *Telius,*
18 *Pangramatus,*
19 *Climacotus,*
20 *Emperibolus,*
21 *Intercalaris,*
22 *Interpoſitus,*
23 *Tibicen,*
24 *Correlatiuus,*
25 *Affectatus,*
26 *Macrocolos,*
27 *Equiuocus,*
28 *Reciprocus in Heroicum,*
29 *Reciprocus in Sotadicum,*
30 *Recurrens,*
31 *Concordans,*
32 *Serpentinus,*
33 *Leoninus,*
34 *Hyporrythmus,*

35 *Logoides,*
36 *Trachys,*
37 *Malacoides,*
38 *Cacophonus,*
39 *Cacoſynphonus,*
40 *Acephalus,*
41 *Lagarus,*
42 *Miurus,*
43 *Procephalus,*
44 *Encyon,*
45 *Procœlius,*
46 *Dolichorurus,*
47 *Hypermetrus.*

IN DVODECIMAM TABVLAM Annotatiunculæ.

I. *Proprius heroicus dicitur, qui in prima regione quarta & ſexta Spondeum recipit, ut,*

Immotamq́; coli dedit, & contemnere uentos.

II. *Ornatus heroicus, qui ſine ulla coniunctione quaſcunq́; alias orationis partes ita mutuis inter ſe connexionibus colligat, ut in ſcanſione propria pes nullus, niſi nouiſsimus tantum, integram partem orationis includat: atq́; ita ſex regionibus ſuis Spondeum Dactylumq́; cuſtodiat, ut nunquam Dactylus quintam regionem ſuam Spondeo concedat: Spondeus uerò ſemper poſtremus, Dactylum nunquam admittat. In tertia quoq́; regione ſpondeus penthemimerin diuidat: ut,*

Oceanum interea ſurgens aurora reliquit.

III. Κατενόπλιος *eſt, qui binos habet Dactylos, & in eorum medio ac fine Spondeum: ut,*

Ante fugam ſoboles ſi quis mihi paruulus aula.

IIII. Περιοδικὸς, *qui uiciſsim Dactylum habet, & Spondeum: ut,*

Troia per undoſum peteretur claſsibus æquor.
Hectoris armati iugulum traiecit Achilles.

V. Βουκολικὸς, *qui poſt tres pedes pedem habet in par-*

tem orationis terminantem:ut,

Tityre tu patulæ recubans ſed tegmine fagi.

Aut potius,qui in quarto loco Dactylum ex integra parte orationis habet:ut,

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

Dulce mihi pinus ſub murmurat,en tibi paſtor.

VI. Σχπτφικός, *qui in prima & ultima regione Spondeum habet,in reliquis uerò Dactylum:ut,*

Pars in fruſta ſecant,uerubus q́; trementia figunt.

VII. Ισόχρονος, *qui eoſdem pedes à primo ad ultimum uſq; habet: cuius ſpecies ſunt duæ,Spondaicus,qui ex meris Spondëis conſtat:ut,*

Ciues Romani tunc facti ſunt Campani.

Olli reſpondit rex albai longai.

Dactylicus, ex Dactylis:ut,

Sydera pallida diffugiunt face territa luminis.

VIII. *Illibatus, qui non aucta uel minuta, aut amputata ſyllaba uitiatur, ſed integra, & pleniſsima dictione formatur: ut,*

Depreſſo incipiat iam tum mihi taurus aratro.

IX. *Iniugis, qui nulla coniunctionis ſyllaba copulatur: qui Græcè dicitur* ἀσύνδετος: *ut,*

Tectum auguſtum,ingens,centum ſublime columnis.

X. *Aequiformis qui ſimplici figura oſtentatur:ut,*

Vrbe fuit media Laurentis regia Pici.

XI. *Aequidicus, qui ſingulis propoſitionibus antithetas ſuppetit dictiones:ut,*

Alba liguſtra cadunt,uacinia nigra leguntur.

Albis enim nigra oppoſuit: Liguſtris autem uacinia attribuit,& cadentibus legenda aſsignauit.

XII. *Teres, qui uolubilem & cohærentem continuat*

dictio=

dictionem:ut,

Torua Mimalloneis implentur cornua bombis.

XIII. *Sonorus, qui crepitat pronuntiatione fragoſa, & exultantem informat dictionem:ut,*

At tuba terribili ſonitu procul ære canoro
Increpuit. Et,
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

XIIII. *Vocalis, qui per alta producta locutione, ſonantibus literis uniuerſam dictionem illuſtrat:ut,*

Portus ab acceſſu uentorum immotus, & ingens,
Ipſe,ſed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis. Et totus ille locus.

XV. *Politicus,qui omnis affectus,ac figuræ eſt expers:ut,*

O' crudelis Alexi,nihil mea carmina curas.

XVI. Ἀπαρτισμένος, *qui totam intra ſe comprehendit ſententiam:ut,*

O' curas hominum,ò quantum eſt in rebus inane.

XVII. Τέλεος,*id eſt, abſolutus, qui omnes orationis partes complexus eſt:ut,*

Ah me ſi flentem ſuper æthera mox rapuiſſet.
Væ tibi ſi nantem ſub flumina nunc poſuiſſent.
Heu ſi tunc flentem hunc rapuiſſet in æthera Mauors.

XVIII. Παγγράμματος, *qui continet omnes literas:ut,*

Duc Zephyre exurgens curuum cum flatibus æquor.

XIX. Κλιμάκωτος,*qui procedendo ſyllabás auget:ut,*

Si cupis ornari uirtutibus Heliodore.
Num turmis pueros coniungitis auxiliares?
Cur nobis iuuenes decerpitis orbiculata. Hic & *Fiſtularis, &* ἀναβαίνων, *dicitur.*

XX. Ἐμπεριόβολος, *habens unum ex decem prædicamentis,uel plura:ut,*

Multi

Multi hominum celeres repetent iuga tigride uiſa.
Arbor ſex ſeruos feruore refrigerat uſto.

XXI. *Intercalaris, qui ſæpius interponitur: ut apud Virgilium,*
Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus.

XXII. *Interpoſitus, qui ſaluo ſenſu poteſt tolli, ut libro Aeneidos ſecundo:*
Perfuſus ſanie uittas, atroq; ueneno.

XXIII. *Tibicen, in quo ponitur aliquid ad ſolam metri ſuſtentationem: ut,*
Aſpectans ſyluam immenſam, & ſic forte precatur.

XXIIII. *Correlatiuus, qui correlationes habet: ut,*
Paſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

XXV. *Affectatus, qui ex meris aut uerbis, aut nominibus conſtat: ut,*
Inſtruit, inducit, docet, admonet; arguit, urget,
Claſsica, tela, faces, tormenta, tonitrua, claſſes.

XXVI. Μακρόκωλος, *q ex longis dictionibus cōſtat: ut,*
Inſatiabilibus Conſtantinopolitani,
Oppreſſauerunt ſollicitidunibus.

XXVII. *Aequiuocus, cuius ultimæ ſyllabæ ſimiles sūt: ut,*
Exercet mentes fraternas grata malis lis.

XXVIII. *Reciprocus in heroicum, qui & retrogradus dicitur: ut,*
Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo:
Læſo numine quo memora cauſas mihi muſa.

XXIX. *Reciprocus in Sotadicum, ut qui à fine ſcanſus Sotadicum trochaicum facit: ut,*
Ire cupis ſi rus, mala uites ſomnia quæſo,
Quæſo ſomnia uites mala ſi rus cupis ire.

XXX. Recurrens eſt, qui (ut Sidonij uerbis utar) metro ſtante, neq; literis loco motis, ut ab exordio ad terminum, ſic à fine relegetur ad ſummum: ut,

Si bene te tua laus taxat tua laute tenebis.

& pentameter ille,

Roma tibi ſubito motibus ibit amor.

Recurrunt & hi uerſus contrario dictionum ordine,

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen,
Tempore conſumptum iam cito deficiet.

Relege, & eundem ſenſum tenebis:

Deficiet cito iam conſumptum tempore flumen.
Tramite decurrit quod modo præcipiti.

Eſt & reciprocus in ſenſum contrarium: ut,

Donet munere mel non fel pax candida nobis
Nobis candida pax fel non mel munere donet.

Philelphus in Pium ſecundum.

Laus tua, non tua fraus, uirtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Conuertitur hunc in modum:

Eximium decus hoc fecit te ſcandere rerum
Copia, non uirtus, fraus tua, non tua laus.

XXXI. *Concordans, ut eſt hoc diſticon*

Et canis } *in ſyluis* { *uenatur* } *& omnia* { *ſeruat*
Et lupus } { *nutritur* } { *uaſtat.*

XXXII. *Serpentinus huiuſmodi dicitur.*

Rumpitur inuidia quidam clariſſime Iuli,
Quòd me Roma legit, rumpitur inuidia.
Gloria magna deo, pulchrum qui condidit orbem.
Qui nos ſeruarit, Chriſto ſit gloria magna.

Diuitiæ ſunt huic, cui cordi eſt inclyta uirtus.

Ingenuis ſtudijs exculto diuitiæ ſunt.

XXXIII. Leoninus, cuius media pars in eundem ſonum ultimam ſecum trahit ſyllabam: ut,

Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori.

XXXIIII. Ὑπόζευγμος, cuius ſinguli pedes partem orationis terminant: ut,

Hæc tria ſunt, quæ tu mea nunc mihi munera mittis.

XXXV. Λογοειδής, qui proſæ ſimilis eſt: hic & Solutus dicitur: ut,

Dono ducite, doq; uolentibus cum magnis dijs.

XXXVI. Τραχύς, qui aſper coëuntibus literis difficulter pronuntiatur: ut,

Princeps Graiorum Cerops ferrata refregit.

XXXVII. Μαλακοειδής, qui leuis, æqualis, ac lubricus, ad aurem permeat: ut,

Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.

XXXVIII. Κακόφωνος, qui crebro coëuntibus uocalibus uaſtum hiatum reddit: ut,

Glauco & Panopeæ & Inoo Melicerte.

XXXIX. Κακοσύμφωνος, qui ijſdem conſonantibus plures incipientes dictiones habet: ut,

O' Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

XL. Ακέφαλος, qui à breui ſyllaba incipit: ut,

Fluuiorum rex Eridanus.

XLI. Λαγαρός, in cuius medio ſyllaba breuis pro longa inuenitur: ut,

Muneribus tibi Pampineo grauidus autumno.

XLII. Μέιουρος, cuius penultima breuis eſt, hunc Latini appellant Recaudem, tametſi quidã uocitent Secaudem: ut,

Mortem contemnunt laudato uulnere Getæ.